

SS. Innocentium.

63

legio gratiae; ex primito familiarita-
tis; & ex officio; & tamen in omnibus ijs
debet tanquam de alio loqui; à fol. 18.
pag. 2. ad fol. 21. pag. 2.

S. THOMÆ AQUINATIS sermo
primus in illud Tob. 39. Numquid ad pre-
cepit tuum eleuabitur aquila? tripartitum.
I. enumerat quatuor præcepta à Chri-
sto S. Ioanni facta ut nuptias defereret,
postea iret, statim viriisque Eccle-
siae scriberet, relicta præsentis vita mi-
seria, ad paradisum transiret. II. do-
cet. B. Ioannem quatuor modis fuisse
in morte eleuatum ad eam voluntariè
eundo, dolorem non sentiendo, statim
resurgendo & ad cælum ascendendo.
III. S. Euangelistam aquilæ propter
tria assimilat, propter visionis perspic-
citatem, propter volatus sublimitatem,
& propter quarumdam actionum pro-
prietatem. Ex istis autem mortalita-
tem colligit, & nos ad aquilæ imitatio-
nem inducit ob septem proprietates,
pulchrè ad modum. Tom. 16. serm. festi-
nis fol. 29. col. 3.

Eiusdem, sermo secundus in illud ci-
bavit illum pane vite & intellectus, &c. in
tres dividitur partes. I. refert tria de-
lieiarum genera quæ Dominus seruis
suis impertit, corporis Dominici, vide-
licet, sumptionem, sacræ scriptura le-
ctionem, & diuinæ bonitatis prægusta-
tionem. II. ostendit quomodo in tri-
bus ponitur beatorum gloria, nimis
in eloquentia, in sapientia, ac in ve-
stimentore & munditia. III. autem
doctet Christum suis fidelibus tria exer-
ta promisisse; nempe, æternitatem no-
minis, hereditatis, & vita fœlicis. Ibi-
dem col. 4. & fol. 30. col. 1.

* B. THOMÆ A VITIANOVA
Concio ad ea verba: Conuersus Petrus vi-
dit illum discipulum quem dilegebat Iesus.
Ioan. vlt. Ostendit hanc summam esse
inter omnes gratiam quod à Iesu dili-
gamur. II. Detur quodam diligere se-
cundum presentem iustitiam; alios, se-
cundum æternam prædestinationem;
cuius iudicia impenetrabilia sunt. III.
Expedit quanta sit istius dilectionis in
electos fecunditas; in improbos con-
tra: quod historijs & exemplis illustrat.

A IV. querit unde hat ut Deus crea-
tam diligat, & id fieri afferit propter
Christum Iesum, in quo placent omnia.
V. Recenset quibus signis Christus
suam erga Ioannem benevolentiam
expresserit. Et quatuor constituit: Se-
cretorum réuelationem: pretiosorum
commissionem: beneficiorum collatio-
nem: & familiaritatis exhibitionem;
qua omnia prosequitur. VI. Agit de
morte Ioannis, in qua etiam dilectus à
Deo apparuit: a fol. 185. col. 2. usque ad
fol. 188. col. 1.

FESTVM SS. INNOCENTIVM.

* B. ALBERTI MAGNI sermo,
in illud: Vidi, & ecce agnus sta-
bar super montem Sion, & cum eo centrum
quadraginta quatuor millia, &c. Apocal. 14.
Ad quæ obierunt. I. Agnum illum esse
filium Dei, quem obtulit Abel; in Pas-
chate occisum, à Patribus desideratum.
II. Per montem Sion Ecclesiam figu-
rari. III. Per centum quadraginta
quatuor millia, non solos innocentes,
sed quolibet electos denotari. IV.
Agni nomina scripta in frontibus ele-
ctorum, sex proponi ab Isaia cap. 9. Et
1. quod sit admirabilis in prænaturam
nostrarum susceptione; quod & nobis
inscribendum est. 2. quod sit consilia-
rius, in sana predicatione, quem audi-
re debemus, 3 quod sit Deus, quia bo-
nus in peccatorum susceptione. 4. quod
sit fortis in passione, in lymbi confrac-
tione, in sua resurrectione. 5. quod sit
Pater futuri sæculi, in Spiritu sancti
emissione, per quem ad cælestia respi-
rarunt Apostoli: & hoc nobis inscriben-
dum proponit. 6. Quod sit princeps pa-
cis, in generali resurrectione. Et hoc in-
scribi nos debere & pacem cū omnibus
habere, pacem eternam prestolantes. Tom.
12. Ser. 6. de Sanct. a p. 164. col. 2. ad 168. col. 1.

S. AVGVSTINI sermo primus, cædis
infantium crudelè spectaculū miro ele-
gantique artificio repræsentat, & pugna
matrum natos lugentium & carnificum
paruulos iugulantium viuo colore depin-
git. To. 10. serm. 8. de Sanctis fol. 258. col. 3.

Eiusdem, sermo secundus, continet.

K